bona fide denunciare eiſdem omnes illos noſtros Nobiles, qui tam circa ipſas Portas, quam extra in sala hujus Conſilii viderint quoquomodo Contrafacere Ordinibus noſtris prędictis, contra quos si denuntiatos Advocatores Comunis, et Capita hujus Conſilii prędicta exequantur irremiſſibiliter pęnas in ipſis Ordinibus noſtris Statutas, Credendo, et Stando Simplici relationi uniuſcujuſque ipſorum Cuſtodum, qui si inventi fuerint in complacentiam, et reſpectum alicujus tacuiſse, et non denuntiaſſe aliquem Contrafacientem, ipſo facto, priventur perpetuo ab officio eorum. Verum si quis noſter Nobilis pręsumpſerit injuriare, vel aliter turbare illos, vel aliquem ipſorum facientium officium sibi per hoc Conſilium Commiſſum, in quo ſtetur simplici relationi eorumdem, ut dictum eſt, ipſo facto, incurſi intelligantur, et sint in pęnam privationis per menſes sex de ipſo M. C. ab quo Scientientur, et publicentur, et non poſſit eiſdem fieri gratia, niſi per omnes Ballottas hujus Conſilii Congregati ad perfectum numerum XVII. et publicetur hęc Pars in M. C.

1761. 20. 9bre.

Tratta dal Libro primo d'Oro del

Sermo. M. C.

a pag. 52. T. eſiſtente nella Cancellaria Secreta; per Comando, ed uſo degli Eccmi Correttori.

Contro Arringanti con reticenze maliziose.

1490. 14 Auguſti.

Periculoſa nimis, et reprobanda eſt conſuetudo a certo tempore citra introducta in Conſilio noſtro Rogatorum, per quam aliqui exiſtentes in Arrengo, interdum immo sępe, pro favendo opinionibus ſuis dicunt: Se Le. se podeſſe dir, quel che si hà altrove, che qua: aut etiam dicunt: Signori, nò vel poſſo dir; aut alia verba similia, propter quę aut ambrizant Conſilium, aut ambiguum, vel certe suſpenſum reddunt super deliberationibus faciendis in eo, etiam dando per talem modum materiam aliis inveſtigandi, sive cum ingenio suo diſcurrendi, vel conjecturandi, et intelligendi res noſtras secretiſſimas, quod cum aliquando poſſit producere aliquem malum, et detrimentoſum effectum rebus Status noſtri, merito requirit, ut provideatur.

Ideo.

Vadit